



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

De decretis conficiendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](#)

Franc. in
c. locu-
pletari,
n. 7. de
regul.
iur. 6.

cognitione; cum non solum possessor,
sed neque etiam detentor soleat amoue-
ri à possessione sine causa cognitione

Et ubi permitta est sequestratio, si à
principio præstetur idonea cautio cum
fideiussore, vel pignore; non autem iu-
ratoria, tunc sequestratio impedietur: &
si facta esset, reuocabitur.

Franc. in
d.c. lo-
cupleta-
ti in fin.

Forma Relaxationis bonorum se-
questratorum.

Mandato &c. precipitur infra scrip-
tis, inferius descriptis, & nominatis
colonis, factibilibus, emphyeotis, & debi-
toribus quibuscumq; R.N. &c. penes quo-
omnes, & singuli fructus facta, & pecunia
spectantia ad dictum R.N. ratione bene-
ficij, seu Capella S. N. &c. sequestrata

fuerūt de mandato R. N. Visitatoris sub
die 5. Aug. 1592. quat statim habitu pre-
senti præcepto, & fine aliqua exceptione
relaxet omnia penes eos sequestrata spe-
ctatia ut sup. ad R. N. attēta cautione, &
promissione per eum præstita de stando,
& parendo iuri, &c. & de exequendis
omnibus ordinationibus à R. R. Visitato-
ribus factis, & faciendis circa dictos fru-
ctus, &c. de qua in actis, &c. Et haec
sub pena cuilibet contrafacientis ceterū
centum aurū locis plus Mediolani arbi-
trio Reuerendissimi applicandorum, nec
non excommunicationis in subsidium,
&c. De cuius, &c. Dat. &c.

Quorum præcipiendorum nomina
sunt hæc, videlicet N. &c.

CAPVT XXIII.

De Decretis conficiendis.

Concil.
Prou. 5.
cod.

ANTE QVAM Visitator è loco, vel
saltem è plebe visitata discedat, de-
creta ad localem, atque ad personalem
visitationem spectantia etiam ut subde-
legatus sed. Apost. authoritate Sacri Cō-
cil. Trid. conficiat: ipsaq; legitim è, ut in-
frā, intimari curet, referuando Ordina-
rio etiam tanquam Apost. sed. delegato
authoritate Sacri Cōcil. Trid. & etiam
sibi hac ratione subdelegato ius etiam
alia decreta ratione præteris visitatio-
nis conficiendi, vel edendi.

Concil.
Prou. 5.
cod.
Instr.
Visit.

In decretis autem conficiendis non
generatim, sed sigillatim, & quantum
fieri possit distinctè, diligenter statuen-
dum erit, & à quo, & cuius sumptu, &
quo temporis spatio quicquā fieri, præ-
stariue oportebit: & quæ præterea pœ-
na negligentibus, aut contumacibus erit

irroganda. Quod ut plurimum verū est,
ut mox dicemus, quando constat, ad
quem impensa spectet: Quando autem
non constat, an ad rectorem, vel ad po-
pulum spectet, dicatur absoluē fiat (ut
puta) pixis pro ratione Ecclesie. Quan-
do etiam perspicuum est ad Rectorem
spectare, ad idque efficiendum spera-
tur auxilium à populo, caneat Visitator,
ne in ordinatione verba apponat, quib.
populus ab auxiliō praestando retrahat-
ur. Moneat tamen Rectorem, ut tempo-
re constituto, vel cum populi adiumen-
to, vel sine eo id præstet: de qua monito-
ne in actis constet. Quando autem à po-
pulo impensa facienda est, præfiniatur
idem tempus Syndicis, Consulibusue
prius auditis, si fieri potest. Et quicunq;
tenetur, potest compelli etiam percen- Petr.
suras, p. 2. c. 10.

suras, & omnia opportuna remedia, quacunque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Qui autem ad impensas in Ecclesijs Parochialibus præcipue faciendas teneantur, videndum est.

Prima Conclusio indubitabilis, quando sunt redditus separati sufficiëtes pro fabrica, & reparacione Ecclesiarum, quod nullus alius tenetur: Ut est hic in Ecclesia Metropolitana.

Vel si Episcopus, vel alius haberet quartam pro fabrica; nec posset excusari consuetudine, vel præscriptione.

Secunda Conclusio etiam ab omnibus recepta: Vbi est pia, & laudabilis consuetudo, ut ad id populus teneatur, illa seruanda est. Quæ consuetudo est in hac dioecesis in diuersis locis, præser-tim in ditione Heluetiorum, in territo-rio Bergomen. ac in alijs locis monta-nis, atq; ab urbe remotioribus.

Tertia sit Conclusio. Vbini nihil pro fa-brica assignatum est; neque est consue-tudo, ut ad id populus, vel alij teneatur; tunc si Parochus diues est, si commode potest, ipse ad Eccl. reparationem, ad aliaque onera subeunda tenetur; Ad hoc enim bona relista sunt. Non tamen ad cæmterij impensam tenetur; sicut neq; tenetur ad impensam sepulturarum; cum hæc ad populum semper spectet.

Quarta Conclusio. Vbi Parochus est pauper, itavit sibi solum census, redditus uè pro honesta viætus sustentatione sup-petant; populus ad fabricæ, aliorumque impensam tenetur. Quia Parochus se ip-sum magis, quam fabricam sustentare debet.

Quinta Conclusio. Quando redditus separati, vel quarta non sufficiunt; & Parochus est mediocriter diues; hoc ca-su Parochus cū populo vel patronis, cū alijs, qui fructus aliquos ex illa Ec-

clesia prouenientes percipiunt, ad sup-plementum, vel ad totum, si nulli sine reditus separati, arbitrio Episcopi cum consilio capituli, vbi hoc est in vlo con-currere debet.

Et hoc casu assignentur patius Parocho, quæ ad parameta, mappas, corporalia, & huiusmodi pertinent, & reparatio altaris maioris: Populo verò, quæ perti-nent ad Baptisterium, Campanile, capanas, muros, rectum, pavimentum, & ianuas Ecclesiarum. Quoniam ad hæc populus pro-pensior est; & ad hæc magis teneri vide-tur. Quæ autem ad Sacramentum Eucha-ristiarum spectant communiter assignantur præstanta sumptibus Scholæ sanctissimi Sacramenti: nisi illius magna inopia ad-iumentum, vel à Parocho, vel etià à po-pulo exigat. Quia tunc ab omnibus simul præstanta sunt, consideratis consideran-dis. Potest etiam decerari, ut ex eleemo-synis publicis eo nomine faciendis præstentur.

Et quod de Ecclesijs dictum est, idem est de ædibus parochialibus, & de alijs necessarijs.

Sexta Conclusio. In Collegiatis bene-ficiati omnes conferre tenentur, vbi re-ditus fabricæ nō sufficiunt: quia qui co-modum sentit, etiam onus sentire debet. Eadem ratione conferre debet usufru-ctuarius, & etiam pensionarius, qui usu-fructuario comparatur; non tamen quā do pensio est exempta, & ab omni onere libera constituta; licet pensionarius nō teneatur ad procurationem. Eadem ra-tione tenetur qui decimas parochiales exigit.

Septima Conclusio. Ad impensas fa-ciendas in altaribus minoribus tenetur titulares, si diuites sunt, ut vel patroni. In taxandis verò titularis fructibus pro-capellæ, altaris sue reparacione, ornatuu-re, habenda est ratio eleemosynæ, quæ as-signa-

d. c. 1. de
eccles.
adif.
Concil.
Trid.
sess. 21.
cap. 7.
Instr.
Visit.

Perr. p. 2.
cap. 10.

d. c. 1.
Concil.
Trid.
sess. 21.
cap. 7.

Instr.
Visit.

d. c. 1.
Perr. d.
cap. 10.

Doc. in
d.c. 1.
Gig. de
pensi. q.
33. n. 2.
& q. 12.
num. 4.
Gig. d.
q. 18.

Synod. 3.
Decr. 16.

assignatur mercenario implenti onera,
& munera illius capelle ad ratione præscriptam videlicet lib. 180. singulis annis. Si vero titularis valde inops esset,
ipso aliquid amplius arbitrio Visitatoris reliqui poterit.

lastr.
Visit.

De fructibus etiam beneficiorum vacantium, vel ob missas non celebratas debitibus fabricæ, ornamenti, alijsque Ecclesiæ, alcarium necessestatisbus attribui potest; vbi alij non sint, qui de iure teneantur, vel sponte præstent.

lastr.

Vltimum remedium pro huiusmodi impensa fit supersedere à toto, vel à parte seruitij illius capellæ; & illud, quod mercenario tribueretur, in hâc impen- sam conferre; titulari vero inopi facultatem impartiri alibi celebrandi; donec illud, quod à Visitatore decretum est, præstetur.

Syno. II.

In ijs autem, quæ minutiora sunt, vt claves rerū sacrū, & Ecclesiastū corporalia, purificatoria, vasa pro sacris oleis, coryta hostiarum, & corporalium, vas pro illis abstergendis, mantilia pro manuum ablutione, & huiusmodi non excusat Rector vlo quo quis inopiz prætextu, quominus, etiam negligente populo, ab ipso ordinationis tempore hęc constituto omnia præstentur.

Studeat autem maximè Visitator de creta ad executionem Conciliorū Provincialium, ac dioceſanorum confi- re: & in illis, quæ magis vrgere videntur, verbis efficacioribus, grauioribusq; poenis decernat.

Syno. II.

Decreta pro studiorum exercitatione ad præscriptum pro singulorum Ecclesiasticorum capacitate conficiat Parochio, aliue Ecclesiastico in officio, & munere suo in experto sacerdotem assignet, cū quo conferat.

Vltimo loco ponatur ordinatio gene- lis, vt videlicet seruentur de creta etiā in

alijs visitationibus facta ad præscriptum Instr. etiam cum impositione poenæ.

Explicitis decretis, illa, quæ etiam populo Visitator publicada censuerit, post Euangelium ante concessionem, vel statim post Missam publicabit: alia vero in Congregatione cleri, quam absoluta Visitatione plebis habebit; vel si se- creta sint, coram duobus testibus in faciem eius, contra quem decretum intumari faciet. Notarius vero testimo- nium publicationis, intimationis scru- bar, hoc pacto; lectæ & publicatae fuerūt supradictæ omnes ordinationes in Ec- clesia post Missam coram Parocho, & magna parte populi, præsertim N.N. con- fulibus, die 15. Iunij 1592.

Quæ vero separatim pro clero. Hę autē lectæ & publicatae ferunt ad præsentias totius cleri ob id etiam coram prafato R. D. Visitatore conuocati, & congregati in Sacristia S. N. &c. die &c.

Quæ secreta alicui. Hę fuerunt inti- mate; in faciem presentibus N. &c.

Curet postea Visitator, vt cum primū Concil. decreta eduntur, in libro benè confecto Proo. s. accuratè, rectèque exscribantur, & sub. quæ ad scribantur, vel à Ordinario, siue ab eodē syn. s. Visitatore vel à Notario Cancellario Vi- sitationis; & deinde vt in Archiuio, siue in Sacristia, vel in alio loco tuto, & de- centi asserventur.

Verum, quia Visitatio non idē insti- tuta est, vt bonę & sanctę constitutiones fiant; sed vt vitia à medio tollantur, scā- dalosi puniantur, boni conseruentur, im- becilliores cōfirmentur, cultus diuinus conseruetur, augeaturq; & vt Ecclesiæ, quæ reparatione, vel renouētur, vt Eccle- siæ bona usurpata restituātur, & alia hu- iusmodi, vt sup. latè de Visitationis sco- po, diximus; idcirco Visitator diligenter studeat, quemadmodum supra dictū est;

M vt decre-

Cone.
Prou. S.
cod.

ut decreta executioni statim manden-
tur, præsertim verò, quæ de stricturna,
suppelleciliuè Ecclesiastica constituta
erunt. Et quæ in illis exequendis diffi-
cultas, vel controversia oriri posse vide-
bitur, curet, ut planè tollatur: sibiq; per-
suadeat, post lumen discessum reforma-
tionem suam debitam executionem mi-
nimè habituram: nisi ipse, quæcumque

poteſt, antequam diſcedat, executioni
demandarit.

Omnino autem pro execuſione illo-
rum, quæ tunc minimè exequi poterit,
literis poſtea ſepiſſimè iſtet, donec
execuſione mandentur. Et ut illud fe-
cilius præſtare poſſit, ſummatim ſibi ſcri-
bat, quæ exequēda reſtant. Et hæc ad lau-
de lumma Trinitatis, ac Deiparae Virg-

PARS QVARTA.

CAPVT I. De Visitatione Monialium.

Delegatio, & facultas Visitatoris.

N.

DEI, & Apostolice ſedi gra-
tia Episcopus, &c. Dilecto no-
bus in Christo R. D. N. S. I. V.
D. & Canonico Eccleſie noſtræ
Cardinalis ſalutem in Domino. Cūm per
nos ipſos per neceſſarium Visitationis mu-
nus adimpleri non poſſe perficiamus, con-
ſi de tua pietate, integritate, & pruden-
tia; ſperantesq; fore, ut que tibi comi-
ſerimus, & mandauerimus, ea per te be-
nè gerantur, noſtra auctoritate, nec nō ſa-
cri Trid. Conc. & alys omni meliori mo-
do tenore preſentum tibi facultatem da-
mus, & mandatum viſitandi omnia, &
ſingula Monialium Canobia, & Mo-
naſteria Ciuitatis, & Diocesis noſtræ: teq;
Viſitatorem noſtrum conſtitutus; ut no-
ſtra, & alia quacunque nobis competenti
auctoritate Canonicas ſanctiones, & ſaci
Conc. Trid. Prouinc. & Dioces. aliaq; no-
ſtra Decreta, Statuta, Regulas, Coſtitu-
tiones, ac Ordinationes de obſeruantia regu-

lari, pietate, moribus, religione; regimi-
ne, honorum administratione, aliq; reb..
omnibus in capite, & membris omnium,
& ſingulorum Monasteriorum, pœnis qui-
buscunque, & censuris arbitrio tuo inſli-
gendi, ac alys iuris remedis executioni
mandari cures, & facias: Eccleſias, tam
exteriores, quam interiores, Monafteria,
domos, & alia huuſmodi que renouatio-
ne, ſeu reparacione indigent, renouari, ac
reparari facias; & quecunque alia, que
ad Dei honorem, & ad ipsam Monialium
virtutatem eſſe censueris; præſertim circa
Sacramentorum adiunſationem, ac
verbis Dei predicationem agas, agiuē cu-
res. Item puellas ad habitum admitten-
di, nec non nouitas ad professionem reci-
piendi; Item coercendi, multatandi, ac etiā
censuris plectendi, atque excommunicata-
tis declarandi omnes, & ſingulas perſo-
nas vtriusque ſexus in praefatis omnibus,
& ad ea quomodocunq; pertinentibus tibi
pote-